Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ad malum difficiles vero ad bonum
Et si contingat aliquem filium
bonorum operum generare / cum quodam
cordis dolore et tristicia parturimus /
sed malum cum leticia perpetramus /
neque nobis sufficiunt mala nostra /
sed sicut ipsa Eua Adam / ita nos
alios maculamus ad malum / Et
etiam sicut ipsa excusabat se / ita
et nos in defectibus excusamus /
vel saltem si possumus extorquere /
Tedet nos vesci ligno vite scilicet
in cruce domini contemplari / et magis
ad lignum prohibitum applicamus
non curamus per contemplationem paradisi
deliciis consolari / sed pocius in
peccatorum fetibus habitare / plus ei
placet nobis in multo labore
et dolore sudore vilia acquirere /
quam divina degustare / et ipsum
bonissime ymo dulcissime possi-
dere Nisi enim domina adiuuisses
nos fortasse iam ad inferni pro-
fundissima venissemus / Neque
enim est qui nos valeat excusare /
quia non te sed cum omnibus modis
imitamur / ac propter hoc / Ad te
suspiramus / Suspiramus ac
de tam bone matris absentia
et ad te venire domina cupientes
Suspiramus ad te tuum filium
affectantes / Suspiramus ad te
tanquam pulli ad tua ubera
anhelantes / Suspiramus ergo
ad te desiderio / Suspiramus et amore
tuo / Quis enim amor quo erga te

sumus inebriati miseri conturbat nos
ad te domina suspirare / Quis non te
non diligeret / reparatricem omnis crea-
ture / luminum pulchriorem sole / dulcio-
rem melle / bonitatis thesaurum / ho-
nestatis speculum / omnis sanctitatis
exemplum / omnibus delectabilis /
omnibus es amabilis / omnibus affabilis /
omnibus desiderabilis / Sedes es sa-
piencie / fluuius clemencie / radius dei-
tatis / neque enim est qui se abscon-
dat a calore eius / Quis ad te do-
mina non suspirat amore Su-
spiramus etiam amore dolore
undique nos angustie premunt /
Quo ergo non suspirabimus ad te
solatium miserorum / refugium expul-
sorum / liberatio captiuorum / medicina
infirmorum / mundus parvulorum / sponsa
adulterorum / regina bellatorum / domina
omnium sanctorum etiam inimicorum / neque
est qui tue voluntati valeat obvia-
re / Sic afflicti sic miseri ad te
tale dominam suspiramus / Geme-
tes et flentes in hac lacri-
marum valle / Tu domina nonne
vides quod totaliter sumus amari-
tudine pleni / Intus sumus ge-
mentes / extius flentes in loco
lacrimoso iacentes / onerati pec-
catis sternimur / angustiati mo-
lestiis flemus / inundantes mi-
seriis in valle lacrimarum sumus /
gemimus sauciati / flemus spoli-
ati / In valle lacrimarum suis auxi-